



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Ursula cum Sodalibus VV. & MM. 21. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

660 VITÆ SANCTORIUM. 21. Octob.  
pugnando pugnat pudor, fugere ultimò  
pudici conjuges. Et jam per undas era-  
taverat castitas, cùm jugulo herus, &  
cùm hoc servulus uterque camelo vescus  
hæsit. Defendit tamen antrum trepi-  
dos, & antrum suum leæna, utroque  
hoste lacerato. Sed & domicilium for-  
tioribus hæc cedens, alio cum catulis  
migravit. At Malchus non jam leones,  
sed nuptam suam fugiens, hanc inter  
virgines depositus, ipse monachum sur-  
fus induit, mortuusque meruit, ut tumu-  
lo ejus rarum miraculum (*Virgo coriunx*)  
in scriberetur. Ex D. Hieron.

Nunc dum tibi mundus arvidet, dum car-  
nis sanitas ferret, dum prosperitas terrena  
demulcet, quæ post illa sequantur, cogita:  
quæcumque transitoria sunt, altiori consilio  
jam transisse decerne, & velut Iulifac-  
riæ illusionis somnium deputa. S. Pet. Dam.  
1. 8. ep. 8.

S. URSULA cum Sodalibus VV. & MM.  
21. Octobris.

C Lassim & vela spectas: omnia à ca-  
stis nivibus candida, omnia à casto  
sanguine rubentia; virum in his nullum  
nisi hostem; sed omnes virilis animi;  
Amazones rectè dixeris, sed quas zonæ  
virgine nec victor Attila possit spoliare.  
Harum omnium ecce dux U R S U L A est,  
Dianethi Britonum regis filia, ob for-  
mx

21. Octob. VITÆ SANCTORUM. 661  
mæ florem Connano Armorice Dynastæ  
desponsa. Et verò jam ecce vela facit clas-  
sis castissima, & pudori suo timens, non  
tam in undis, quām lacrymis suis na-  
tat: jam Armoricam versus contra vota  
etiam sua feliciter fertur, jam obvius  
Hymenæus ingratum verecundis auribus  
obstrepit; cum esse tempestas suboritur,  
& arreptas naves in Rhenum aufert, A-  
grippinam Coloniam ejicit. Nimiruna  
adversum hunc alii ventum dicent, at se-  
cundum U R S U L A vocat & castitati ve-  
lificantem. Longum igitur exilium citis  
nuptiis preferens; Romam cum comi-  
tatu abit, inde iterum Coloniam. Sed  
longè gravior redeentes procella excipit.  
Naufragium iterum minitatur virginitatî  
Hunorum & Alanorum vis. Quid agis  
pudicitia? obluctaberis tot barbarorum  
insultibus virginum agmen? Enimvero  
pulchrum, Superi, facinus! ne pudor  
mergatur, omnes in Rhenum animas  
projiciunt, & ne telo Cupidinis violen-  
tur casta pectora, ad barbarorum intentos  
arcus ultiro jugulum offerunt. Ex D. Ur-  
sulae vitâ apud Lippeloum.

Navis tempestate jactata portum quærit,  
Et viri pudici anima expedit solitudinem:  
ut enim illa fluctus maris naufragium mi-  
nitantes fugit, ita hæc mulierum aspectus  
perniciem afferentes vitat. Nilus Orat. 2.  
advers. vitia.

Tt 3

S. JOAN-